



NUMMVS FERALIS, ET VOTIVI DVO:
CVSI MORTVO HENRICO II.
Filio Francisco II. Patri succedente;
Anno Christi 1559.



Citè quodam in loco Plato scribit; Deum, cum voluptatem & dolorem conjungere veller, neque id facere commodè posset, apices horum conjunxisse: fieri hoc modo, ut non ferè ullum sit inter mortales gaudium: quod non aliqua mœoris procella obfusceratque contaminet. Ne abeamus longius, quam miserandâ catastrophæ, gaudia nuptiarum solennia Phil. berti Sabaudi, & Margarethæ Valentiæ, summum in luctum conversa fuere, morte Henrici Secundi, casu improvviso sublatis. Cum enim peracto regali convivio ad equestria certamina perventum esset, postque varias decursiones Rex, Mongo-